

Judicatus Terrestre
Judicatus Ciechanoviensis Joanni Lawacki con-
fertur

1603. 21. Aprilis

301.

373

105

Sigismundus III. Dei Gratia Rex Poloniae Ecc. Significamus ecc. Quod cum
Nobilitas Terrae Ciechanoviensis Palatinatus Masoviae pro jure
et consuetudine veteri recepta post obitum Gnsi Nicolai Zochow-
ski ultimi et immediati Judicis Terrae Ciechanoviensis, qua-
tuor Viros qui Muren hui obeundo idonei viderentur electos, lite-
ris Authenticis Nobis proposuisset, ut uni ex his, cui Nobis vide-
retur hoc ipsum Reverentis Judicis Officium conferremus. Nos
Gnsi Joannis Lawacki cum in obsequijs Serenissimorum
Antecessorum Nostrorum fidem et promptitudinem, de nobisq;
bene merendi fervens Studium, tum in Reipublice negotijs tratan-
dis, ingenuam operam et dexteritatem, maxime autem quod
ad hoc munus recte obeundum requiritur, aetatis Maturitatem
virtutem, Legumq; Patriarum haud vulgarem peritiam, con-
mendatam haberemus, eidem Munus Judicis Terrae Ciechano-
viensis dandum et conferendum esse duaximus, uti quidem cum
omnibus Juribus, prerogativis, et obventionibus generaliter uni-
versis, ad vitam ejus extrema tempora, vel amplioris alicujus dignita-
tis vel Officij aspersionem obtinere damus et conferimus presenti-
bus Literis Nostris. Quod omnibus in universum, quorum interest
praesertim vero Signitarijs, Officialibus, ac toti Nobilitati Terrae Cie-
chanoviensis Palatinatus Masoviae, ad Notitiam deducimus, man-
damusq; ut praenominatum Generosum Joannem Lawacki, pro vero
et legitimo Judice Terrae Ciechanoviensis habeant et agnoscant,
Jurisdictioni ipsius pareant, ac de loco, prerogativis, juribus, proven-
tibusq; illi, jure aut consuetudine, antiqua debitis, et ad hoc munus
spectantibus respondeant, respondendiq; ab alijs curent. Pro gratia
Nostra. In cuius rei fidem ecc. Datum Cracoviae die XXI. Mensis
Aprilis, Anno Domini MDCIII. Regnorum Nostrorum Poloniae
XVI. Sveciae vero Decimo.

Sigismundus Rex.

Ex Actis Metricis Regni anno 1603. in libro 117 sub Literis V.D. no. 110. folio. 06.

ská cokrni miednia. Druga, abym ta senewa.
Lenny: Tagodnoim ludri wkrni prypadeti
Kokorhanski

Judicatus Terrestrius Cztuchowiensis

Sigismundus III. Rex. dignificamus. Et. cum a Dignitarijs Offi-
cialibus et Nobilitate Distrietus Cztuchowiensis in Palatinatu Pome-
ranice, secundum jura ac consuetudinem Terra illius vacante ob
mortem Gnsi Christophori Konarski Judicis Terrestrii Cztuchowiensis
judicatu Terrestri Cztuchowiensi electio quatuor Virorum ex Nobilitate
muneri huius gerendo idoneorum perventa fuisset, tresque reliqui candi-
dati, calculos suos Nobili Petro Lewalt Powalski condonassent,
atque ita is unanimi omnium consensu in judicem electus, Nobili-
tatis ad Nos, Actus illius Authenticijs Literis, ut ei hoc Judicatus
Officium conferremus prepositus esset. Nos legum publicarum
penitentiam quae ad Officium hoc gerendum ejusque functiones recte
exequendas necessaria est, aliisque singularibus virtutes ejusdem
Nobilis Petri Lewalt Powalski commendatas habentes eidem
Judicatum hunc Terrestrem Cztuchowiensem dandum et conferren-
dum esse duximus, damusque et conferimus presentibus Literis
Nostris, per eum ad extrema vite illius tempora, vel alterius
Officij vel Dignitatis amplioris assecutionem, cum omnibus ejus
muneris, jure prerogativis, redditibus et obventionibus uni-
versis obtinendum. Quod ad notitiam omnium quorum interest,
praecipue vero Dignitariorum, Officialium, totiusque Nobilitatis Di-
strietus Cztuchowiensis deducentes mandamus ut Praesminatum
Nobilem Petrum Lewalt Powalski, pro vero et legitimo Judice
Terrestri Cztuchowiensi agnoscant, habeant et reputent, eique
de loco, jure, prerogativa, proventibusque omnibus ad eum judi-
catum, de jure et antiqua consuetudine pertinentibus respondeant
respondentique ab alijs procurent. Pro gratia Nostra, Inujus rei
fidem presentes manu Nostra Subscriptas, Sigillis Regni
obsignari mandavimus. Datum Varavia in Comitibus Regni
Generalibus, die XXVII. Mensis Septembris. Anno Domini
Millesimo Sexcentesimo Undecimo. Regnorum nostrorum
Poloniae vigesimo quarto. Sveciae vero XVI. Anno.

Sigismundus Rex

Joan. Strzetycki

Ex Actis Metricis Regni anni 1611. in Libro 123. Sub Literis VK. no. 124. folio. 76.